

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Opera**

**Priscianus**

**[Venedig], 15. Dez. 1481**

Incipit quartus de Denominativis

[urn:nbn:de:bsz:31-324175](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-324175)



Nubes nubilum: quæ magis denominatiua sunt existimanda quàm dimi-  
nutiua. Quippe non habent diminutiua significationem: sed formam  
tantum: præterea pannus pannula uel pānicula. **Lucius in. viii.** Intus  
uero modo stet rectus sub tegmine pānus. **Probus** etiā ponit hoc glā-  
dium hæc glandula: pars est intestinorum. **Ensis**, ensiculus & ensicula:  
præterea hæc beta malua: hic betaceus: maluaceus.

**Incipit quartus de Denominatiuis.**

**D**enominatiuum appellatur a uoce primitiui sic nominatum  
non ab aliqua speciali significatione: sicut supradictæ speci-  
es. **Habet** igitur generalem nominationem omnium forma-  
rum: quæ a nomine deriuatur. **Nam** & patronymica & possessiua &  
comparatiua & superlatiua & diminutiua: præter uerbalia: & aduer-  
bialia & ea quæ ex præpositionibus sunt. **Ex** maxima parte denomi-  
natiua sunt. i. a nominibus deriuantur. **Vnde** in illorum formis quoque sunt  
quædam quæ cum non habeant significationem eorum: iure appellantur de-  
nominatiua: ut **Timarchides**, proprius **amilianus** quoque nobilior: maxi-  
mus **Catullus**. **Hæc** enim denominatiua sunt dicenda: cum signifi-  
cationem suam non seruant formarum: & sint propria: de quibus tamē suf-  
ficienter cum de iis tractabatur monstrauimus. **Habent** igitur denomi-  
natiua formas plurimas & diuersas significationes. **Quæ** quia latae sunt  
& confusæ generali eas nominatione artium scriptores denominatiua  
nuncupauerunt. **Et** quia multæ inueniuntur formæ communes tam de-  
nominatiuis quàm uerbalibus: necnon etiam participialibus & adverbialibus:  
non incongruum esse existimo: de his quoque in loco una tractare.  
**Sunt** igitur formales denominatiuorum terminationes siue uerbaliū hæc:  
**In** ia ut durus duritia: prudens prudentia sapiens sapientia. **In** a con-  
sonante antecedente: ut cantus cantilena. **In** e cubo cubile: sedeo sedi-  
le. **In** i a fruge frugi: a nihilo nihili: quæ tamē magis obliqui casus sunt  
suprapositorum nominatiuorum. ut de nominatiuo & genitiuo tractan-  
tes in sexto libro docebimus. **In** o cicer cicerō. **In** u terminans ut tono  
tonitru. **In** al ceruix ceruical: tribunus tribunal. **In** il uigilo uigil: pu-  
gillus pugil. **In** ul exulo exul: presulo presul. **In** am nequis nequam.  
**In** um oliua oliuetum: rosa rosetum tendo tentorium. **Sto** stabulum  
presideo presidium. **In** n solor solamen. **In** ar lacus lacunar: calx cal-  
car. cædo cæsar. **In** er eques equester macies macer. **In** or senatus sena-  
tor: amo amator. i ur satio uel saturo satur: murmuro murmur. **In** as  
primus primas: optimus optimas. ciuis ciuitas: probus probitas: arpi-  
c ii



num arpinas. **In** es correptam pes pedes : equus eques. tego reges.  
**In** es productam: ut pauper pauperes: acus acies : sepio sepes : struo  
 strues: sterno strages. **In** is ades adilis: rex regalis: penetro penetra/  
 bilis: ama amabilis: athena atheniensis: sicilia siciliensis. **In** os lepus  
 lepos: custodio custos. **In** us puram occido occiduus: & ab assideo :  
 uel ab asse: ut quibusdam placet & assiduus. **In** us diuersis consonan  
 tibus antepositis: saxum saxosus: spuma spumosus: uito uitabundus  
 & a participiis uersus saltus: quando quartæ sunt declinatiois. **Et** ab  
 aduerbiis supra uel super superus: infra inferus: extra externus: hodie  
 hodiernus. **In**. x. fur furax: capio capax: audeo audax: uerto uertex: i  
 duas consonantes: ut picenum picens. **T**yburtū tyburs. **E**rgo i a desi  
 nentia. i. habent breuē ante. a. uel. l. uel. n. uel. r. ut sapientia acrimo/  
 nia. **C**autela suadela: tonstrina: armatura. **I**nueniuntur tamen in uer  
 balibus: etiā alias consonantes ante a habentia: sed quas a uerbis acci  
 piunt: ut scribo scriba: conuiuo conuiuia: & colligo collega. **S**ecundæ  
 igitur declinationis nomina in us desinentia. c. antecedente quotcūq;  
 sint syllabæ: nisi sint regionū nomina quæ deriuantur ex his. **A**lia ue  
 ro nomina quacūq; consonante ante us posita tantum dissyllaba.  
**E**t quæ in is desinentia tertiæ declinationis similem habent nominati  
 uo genitiuum **Q**uæ secundæ quidem sunt genitiuo: quæ uero tertiæ  
 datiuo assumunt tertia ut amicus amici amicitia: inimicus inimici inimi  
 citia: pudicus pudici pudicitia: lætus læti læticia: durus duri duritia:  
 mœstus mœsti mœsticia: stultus stulti stulticia: segnis segni segnitia:  
 tristis tristi tristicia. i. tam penultima: q̄ antepenultima ubiq; correpta  
**A**lia uero omnia i us supradictis casibus assumunt a penultima i ubiq;  
 in his quoq; correpta ut controuersus controuersi controuersia. **I**gna  
 uus ignaui ignauiā uiolentus uiolenti uiolentia: superbus superbi su/  
 perbia: modestus modesti modestia. **M**iser quoq; quis in er desinat  
 miseri miseria astutus astuti astutia. **S**imiliter regionum nomina ple/  
 raq; italus itali italia gallus galli gallia sicanus sicani sicania: colonus  
 coloni colonia **H**ispanus hispani hispania: **D**ardanus dardani dar da  
 nia tuscus tusci tuscia græcus græci græcia teucus uel teucer teucru  
 teucia. **S**imiliter faciunt tertiæ declinationis nomina siue participia  
 quæ una syllaba uincunt genitiuo nominatiuum: assumunt n datiuo  
 a penultima i ubiq; sicut supradictum est correpta: negligens negli/  
 genti negligentia: prudens prudenti prudentia: misericors misericor  
 di misericordia: iners inerti inertia inops inopi inopia: ius iuri iinuria



nomen nomini ignominia. **C**æsar cæsari cæsaria. Inueniuntur tamen  
quædam quæ in nomina desinunt a nominibus siue a uerbis deriuata: ut  
castus casti castimoia parco parsi parsimonia quæror quæreris quæ/  
rimonia acer acri acrimonia. **C**icero in **V**errem Quare significat gla/  
brionis patris uim & acrimoniam. Consonante uero antecedente in a  
desinentia denominatiua seu uerbalia formas tres habent. la. na. ra. la  
e. longa antecedente : cautus cauti cautela: tutus tuti tutela: acutus  
acuti acutela. cutis cuti cutela: custos custodi custodela : mandatum  
mandati mandatela: cliens clienti clientela. **E**t nota q̄ omnia extre/  
mā uocalē genitiui: si secundæ sint: sint tertiæ datiuī in. e. longam cō/  
uertentia assumunt la. Quæ uero a uerbis fiunt secundæ coniugatio/  
nis a secūda persona abiiciunt. s. & assumunt la: ut candeo candes cā/  
dela: suadeo suades suadela. **H**oratius in primo episto: **A**c bene num/  
matum decorat suadela uenusque. In a uero desinentia denominati/  
ua siue uerbalia. de quibus iam diximus cum de possessiuis nus uel  
na uel num desinentibus tractabamus omni modo longam habent  
penultimam uel natura uel positione ut officium officina: medicus  
medicina: rex regis regina leo leona doctrix doctrina: tonstrix tonstri/  
na: coquus coquina uel culina: cantus cantilena. far farina luceo lucer/  
na lux lucis lucina lateo laterna. **N**am **M**utina saganana uel saga pagi/  
na non uidentur esse deriuata. **S**agana enim & saga idem significant  
**R**a autem terminantia omnia participiis fœminini futuri temporis si/  
mitem habent formam. **V**nde penultima u quoq; sine dubio produci/  
tur: ut scriptura creatura: tritura censura tonsura usura litura natura  
cultura armatura. **E**t sciendum q̄ supradictæ omnes formæ. idest in  
a desinentes propriæ sunt fœminini generis. Inueniuntur tamen pau/  
ca uerbalia ut supra dictum est masculina uel cōmunia consonantes  
uerborum seruantia : ut scribo hic scriba lego hic collega : hic & hæc  
perfuga a fugo uerbo. **A**ssequor assecla aduenio aduena : conuenio  
conuena conuiuio conuiuia. **I**n e desinentia deriuata neutra sunt. **U**t  
sedile monile cubile utile. **E**t quia pleraq; a cōmunibus in is desinen/  
tibus nascuntur melius cum illis tractabuntur. **I**n i duo sunt deno/  
minatiua ut plerisque uide tur indeclinabilia : a fruge frugi: a nihilo  
nihili. **Q**uidam enim figurate frugi datiuum & nihili genitiuum ut  
ante dictum est cum omnibus aliis coniungi casibus : non irrationa/  
biliter dicunt : sicut mancipi & neumancipi : & cordi & huiusmodi  
& illiusmodi: & similia. **I**n o masculina quidem & communia pauca



inueniuntur deriuatiua: ut a cicere **Cicero**. Ab eo quod est: catus cato  
& a capite capito. Et a labe labeo a latendo latro: a leniendo leno: a  
comedendo comedo a palpando palpo. Ab epulando epulo. **Cicero**  
de Oratore. Tres uiros epulones. Fœminina uero plurima deriuati  
ua modo in io: modo in go modo in do desinentia. Et pene omnia  
rerum sunt incorporalium. In io igitur terminantia plerunq; a parti  
cipiis fiunt præteriti temporis quorum genitiuis assumpta o & cor  
repta i facit huiusmodi nomina. Oratus orati oratio: accusatus ac  
cusati accusatio: status stati statio. Datus dati datio: nexus nexi  
nexio: oblitus obliti oblitio: Acutus acuti acutio: lectus lecti lectio  
perfectus perfecti perfectio: munitus muniti munitio: haustus hau  
sti haustio. **Internectus** autē internecti internectio facit euphonia cau  
sa abiecta et primitiui. In go uero desinentia siue sint deriuata: siue pri  
mitiua uel composita penultimas producant: uel natura uel positio  
ne. **Vt** margo: compago: carthago: sartago caligo uligo: rubigo:  
ferrugo erugo uirgo uirago fuligo. Excipitur unum ligo cuius penul  
tima corripitur. **Nec** mirum cum sit Masculinum: & solum dissyl  
labum uocalem i ante go habens. In do desinentia deriuatiua: tam a  
nominibus quam a uerbis uel a participiis ueniunt. **Hæc** quoque mo  
do e longam uel .i. modo habent ante do ut acris acredo dulcis dul  
cedo. **Intercapio** intercapedo torpeo torpedo libet libido: cupio cu  
pido: formido formidas formido formidinis. **Quod** ideo facit simile  
nomen uerbale primitiuo uerbo quod ipsa positio habuit talem for  
mam. In tudo fortitudo magnitudo habitudo. **Et** sciendum quod e  
productam ante do habentia si a nominibus deriuantur extrema syl  
laba: terminationes in e conuertunt & accipiunt do: **Vt** dulcis dulce  
do acris acredo. **Sin** a uerbis secundarum terminationes personarum  
in e productam similiter conuertunt: & accepta do faciunt supradic  
tae formæ deriuationes. **Vt** intercapio intercapis intercapedo tor  
peo torpes torpedo. **Similiter** i ante do habentia extremas syllabas  
secundæ uel tertiæ personæ in i longam conuertunt & accipiunt do  
ut cupio cupis cupido libet libido. **Excipitur** formido propter supra  
dictam causam. In tudo uero desinentia si a nominibus ueniunt se  
cundæ declinationis. **Non** a participiis uel a participialibus genitiuo  
**Sin** tertiæ datiuo assumunt tudo i a te penultima correpta: ut a plus  
a pli aplitudo magnus magni magnitudo: firmus firmi firmitudo: lo



gus lōgi lōgītudo: celsus celsi celsitudo: multus multi multitudo: solū  
 soli solitudo: similis simili similitudo suauis suauī suauitudo fortis for  
 ti fortitudo. **S**in a participiis uel participialibus in tus desinentibus de  
 riuantur abiecta. s. assumunt do: ut habitus habitudo. **A** testa quoq;  
 siue testu testudo: quod est corporale. **N**ec non omnia desinentia in  
 do quīs non sunt deriuatiua penultimam. u. habentia producunt cā:  
 uel natura uel positione: ut hirundo: harūdo: hirudo. **I**n. u. deriua  
 tiua pauca inuenies: a specus specu a pecus pecu: a testa testu: toni/  
 trus tonitru: a cornus cornu. **N**ec interest aliquid inter primitiuorum  
 & deriuatiuorum significationem. **I**deoq; dubium an sint deriua  
 tiua dicenda. **I**n al desinentia denominatiua: si primitiua eorum pe  
 nultimam natura uel positione habuerint productam: ea quoq; lon  
 gam habent penultimam: ut ceruix ceruicis, ceruical: tribunus tribu  
 nal: uectus uectigal: lupercus lupercal. **S**in illa breuem ea quoq; cor  
 reptam: ut torus toral: uel anima animal. **I**n il uel in ul desinentia  
 siue a nominibus siue a uerbis deriuata sint: sunt abiectioe extrema  
 rum uocalium: siue syllabarum primitiui: ut pugillus pugil: uigilo ui  
 gil: consulo consul: exulo exul: praesulo praesul. **I**n am unum in  
 uenitur trium generum commune quod deriuatur a nequeo nequis  
 nequam. **I**n um desinentia deriuatiua: siue etiam composita diuer  
 sas habent formas. **Q**uādam enim uocalem habent ante um: **Q**uā  
 dam cōsonantes. i. ut augurium: solarium: pomarium: solatium: sua  
 uium: basium: odium: remedium: concubium: palladium: officium:  
 connubium: conuiuium: exilium: consilium: iudicium: meritorium:  
 municipium: praesidium: domicilium. **C**onsonantes quoque ante  
 um habentia deriuatiua diuersas habent formas. **Q**uādam enim  
 habent. e. longam ante tum: ut oliuetum: uinetum: coryletum rose  
 tum: dumetum: quercetum: esculetum: myrtetum. **Q**uanuis fœmi  
 nino genere. **P**lautus in **V**idularia protulit: **N**escio quis seruus e myr  
 teta prosiluit. **Q**uæ sunt compræhensiuæ uel continentia: id est τε  
 πικ τικα. **A**lia enim in bulum desinunt: quæ forma est similis dim  
 minutiuis. **E**t ueniunt a nominibus uel a uerbis: ut cuna cunabu  
 lum: uesta uel uestis uestibulum: curro curris curribulum: uoco uocas  
 uocabulum: concilio concilias conciliabulum: sto stas stabulum pa  
 sco pabulum: prosto prostibulum: patior uel pateo patibulum.  
**E**t attendendum q; penultima in similibus omnibus corripitur.  
**A**ntepenultima uero si. i. habeat corripitur: ut uestibulum: thuri/



bulum:prostibulum:patibulum. Si uero.a.producitur: ut cunabu-  
lum:uocabulum: conciliabulum: pabulum. ¶ Excipitur stabulum:  
quod corripit.a.. Nec mirum cum uerbum quoq; stabulo as can/  
dem corripuit syllabam.& stabilis & status & quæcunq; a uerbo sto-  
stas nomina deriuata sunt. ¶ Excipitur stamen & statura: quod tam  
nomen q̄ participium est. Lucanus in sexto: Laxant rupentes stan-  
nia parca. Idem in quarto: Vnaq; percussit pontum simplegas ina-  
nem. Et statura redit staturus quoq; & staturum producuntur quibus  
status stata statum corripiantur. Idem in decimo: Zephyros quoq;  
uana uetustas: his ascripsit aquis quorum stata tempora flatus. Inue-  
niuntur etiam quædam in culum desinentia quæ a secunda deriuantur  
per persona uerborum: ut diuertis diuerticulum: uerris uerriculum:  
perior periris. Vnde peritus periculum: oras oraculum: propugnans  
propugnaculum: obstas obstaculum: miraris miraculum: perpendis  
perpendiculum. A simplici quoq; quod in usu non est: specio specis  
speculum pro speciculum: per syncopam ei euphoniae causa. Simili-  
ter a fero fers ferculum. ¶ Alia uero in mentum desinunt quæ plerunq;  
a uerbis ueniunt: Vt uestio uestis uestimentum: hortor hortaris hor-  
tamentum: orno ornas ornamentum: sacro sacras sacramentum: fun-  
do fundas fundamentum: moneo mones monimentum: alo alis ali-  
mentum: increfco increfco incrementum. ¶ Et sciendum q; antepen-  
ultimam productam habent uel correptam prout sint penultimæ  
syllabæ præteriti temporis eorum uerborum ex quibus deriuantur: ut  
ornaui uel ornatus ornamentum: monui uel monitus monimentum  
alui uel alitus alimentum: increui uel incretus incrementum: muniui  
uel munitus munimentum: fulciui fulcimentum. ¶ In monium etiam  
inueniuntur deriuatiua. i. correpta antecedente: ut patri patrimoniū:  
matri matrimonium: testi testimonium. ¶ Sunt alia in um participiis  
similia: ut factū: dictū: tectum: uisum. alia quæ a uerbis deriuantur. o. i  
um cōuertētia: ut regno regnum: stagno stagnum: uelo uelū: uado ua-  
dū. In en desinētiaderiuatiua. m. antecede pene omnia uerbalia sunt  
& neutra. & si sint a prima cōiugatiōe. a. lōgam habēt penultimam:  
solor solaris solamē: foro foras foramē: curuo curuas; curuamē: oble-  
cto oblectas oblectamē: purgo purgas purgamē: irrito irritas irritamē  
ligo ligas ligamen. ¶ Sin a secunda uel tertia. i. habent correptam: ut  
moneo mones monimē: rego regis regimen: tego tegis tegimē & per  
cōtensionem tegmē: a specio specis uel specie specimen. Vel. u. pductā



si in uo desinat uerbum acuo acumen : fluo flumen : nuo numen .  
 Est enim dei nutus. Vnde Virgilius in primo aeneidos: meo sine nu  
 mine uenti: id est sine meo nutu. Luo lumen quo omnia abluuntur  
 id est purgantur a tenebris. A uerbis quoque quarta coniugationis  
 uenientia. i. productam habent: ut munio munimen : lenio lenimen  
 molior molimen. Pauca inueniuntur in .n. desinentia generis ma  
 sculini: ut a pecto pecten. a filo filamen: quod per synecopam flamen  
 dicimus. Et a cano tamen composita masculina sunt : quae in cen  
 desinentia. i. correptam habent penultimam tubicen liricen cornicen si  
 dicen. Excipitur unum tibicen: quod ideo solum. i. productam ha  
 buit penultimam quod syneresis facta est duarum. ii. breuium in u/  
 nam longam. Debit enim geminari: quia solet plerumque in compositi  
 one. a. in. i. conuerti: ut cado: incido: facio: inficio: iacio: inicio: reicio  
 amicus: inimicus: tuba: tubicen. Sic ergo tibia tibiicē faciebat: ex quo  
 factum est tibicen. Nec solum. i. sed etiam aliae uocales in multis  
 dictionibus: sic solent ex duabus syllabis in unam longam transire  
 ut biuga: quadriuga: quadriga: biuni: bini. Et e contrario una lo  
 ga in duas breues solet saepe temporibus diuidi: admittit pro amitti: fi  
 eri pro firi uel fire: quod magis analogum est. Vnde Virgilius in quar  
 to georgicorum: Aut suffire thimo cerasque recidere manes. Quis  
 dubitet in ar desinentia deriuatiua si consonantem habeat ante ar pe  
 nultima syllaba producit. Sin uocalem corripitur: ut caesus caesar:  
 lacus lacunar: lupa lupanar: laqueus autem laquear. In er deriuati  
 ua a nominibus pleraque. st. habent ante er: eques equester pedes pede  
 ster: sylua syluester: campus campester: apium apiaster: olea oleaster:  
 Et sciendum quia .a. habent ante ster: cum in nomine primae positi  
 onis nulla sit consonans inter uocales penultimae & ultimae syllabae:  
 ut apium apiaster: olea oleaster: diminutiua quoque huiusmodi  
 formae de quibus iam diximus. a. habent ante ster: ut paristaster: sur  
 daster: antoniaster: catulaster. Alia uero omnia. c. habent ante ster ex  
 cepto paluster. & haec quidam denominatiua sunt. Sunt autem uer  
 balia quae uerborum consonantes seruant ante er: rubeo ruber. Hora  
 tius in primo sermonum: Obscenoque ruber porrectus ab inguine palus.  
 Piget piger: macero macer. In or & in ur a uerbis inuenio fieri abie  
 ctione. o. ut coloro color: laboro labor: honoro honor: decoro decor:  
 adoro ador: murmuro murmur: auguro augur: saturo satur: hoc ta  
 me facit & foemininum satura. & neutrum saturum. Alia uero in or de



sententia assumunt a uerbo. r. amo amof: furo. Vnde furēs furor. Alia  
a nominibus uel participiis in us desinentibus fiunt mutatione us in  
or senatus senator: dictatus dictator: quaestus quaestor: tonsus tonsor.  
In as pleraq; denominatiua sunt quorum primitiua si sint secūda de  
clinationis genitiuo: sin tertia datiuo assumūt tas in penultima ubiq;  
correpta: pbus probi probitas: nouus noui nouitas: bonus boni boni  
tas: mēdicus mēdici mēdicitas: asper asperi asperitas: prosper uel pro  
sperus prosperitas: integer integri integritas: sincerus sinceri sinceritas:  
sedulus seduli sedulitas: timidus timidi timiditas. ¶ Et notandum q;  
quæ in genitiuo duplicant .i. extremam earum mutant in .e. eupho  
nia causa: ut pius pii pietas: medius medii medietas: anxius anxii an  
xietas: socius socii societas: liber quoq; excipitur quod nominatiuo  
assumpsit tas non genitiuo: ut liber libertas. ¶ Tertia uero declinati  
onis nomina datiuo assumunt tas sicut supradiximus: ut capax ca  
paci capacitas: tenas tenaci tenacitas: rapax rapaci rapacitas procax  
procaci procacitas: foelix foelici foelicitas: affinis affini affinitas: in  
fidelis infideli infidelitas: celer celeri celeritas: auctor auctori aucto  
ritas. ¶ Excipiuntur pauca quæ .b. uel .p. sine .s. habent ante er: hæc  
enim nominatiuo assumūt tas: ut puber pubertas: uber ubertas: pau  
per paupertas. ¶ Sed hoc possumus etiam in secūda declinationis  
nominibus obseruare ut supra dictum est. Vnde liber libertas. asper  
autem & prosper: quia .s. habent ante .p. asperitas & prosperitas fa  
ciunt Saluber: & salubris facit nominatiuum: ideoq; salubritas. Et  
celeber uel celebris celebritas. ¶ Vetus quoq; quod unum trium ge  
nerum uel in us desinens inuenitur nominatiuo assumit tas uetustas  
¶ Excipiuntur etiam hæc: quæ in or desinentia or mutauerūt in es:  
& assumpserūt tas: ut maior maiestas: honor honestas. Sunt alia ī as  
denominatiua quæ plerūq; similia sunt accusatiuo plurali primitiuorū  
suorum: & sunt communia: ut primas: optimas: capenas: crotonias:  
arpinas: pōtias: larias: quæ ideo in fine habent circumflexum accentū:  
quia per syncopam proferuntur. ¶ Perfecta enim eorum inueniuntur  
apud antiquissimos in tis desinentia primatis: optimatis. Vnde neu  
tra quoq; eorum in .e. desinunt: primate: optimate: arpinate. & ablati  
uus in .i. more eorum: quæ in is desinentia: cum sint communis gene  
ris & faciant in .e. neutrum: in .i. terminant ablatiuum a primati  
& optimati & arpinati. ¶ Et est etiam testis caper: qui diuersorum  
de huiusmodi nominibus ponit usus auctorum confirmans tam in



is q̄ in as huiuscemodi nomia solere proferri. **Cato censorinus** in primo originum: **Sed lucis capenatis.** Idē in secūdo: **Si quis mortuus ē arpinatis eius haredem sacra nō sequūtur ibidem lucū dianium in nemore aricinio egerius: libius tusculano: dedicauit dictator latinus: hī populi communiter.** **Tusculanus: Aricinus: Lanuvinus: laureus coranus: tyburtinus pomelinus ardeatis rutilus ardeatis dixit p̄ eo quod diximus ardeas.** **Titinius** in psaltria **Ferētina** populus græca studet p̄ ferētinas. **Nō est igitur dubium: quod cū i omnibus quæ penultimam habent circūflexam: si patiuntur syncopam eundem obseruamus accētum in ultima: ut fumauit sumat: cupiuit cupit: audiuit audit: p̄duce producit: illece illic: isticce istic.** Idq; omnibus placet artium scriptoribus: qui de accētū scripserūt. debent hæc quoq; idem seruare cū ti subtracta penultima uocalis quæ circūflecebatur in dictione p̄fecta: id est. a. inuenit̄ ultima in cōcissione habens eundem accentum. **Inueniunt̄ tamen etiam propria differētia causa in fine circumflexa: ut lenas lenacis: menas menacis: ne accusatiui plurales menæ quod ē genus piscis: & lenæ fœmininū ē lenonis esse putentur.** **In es correpta pauca inueniunt̄ denomiatiua: equus eques pes pedis: & uerbalia tergo teges: mergo merges.** **In es p̄ducta uerbalia reperi a præsentī uel a præterito tēpore. a præsentī sepio sepes: luo lues: struo strues: macero macies: luxurio luxuries: illuo illuues. a præterito rupi rupes.** **In is de nomiatiua siue uerbalia multas & diuersas habēt formas. Alia enim ī alis. alia in elis. alia in ilis. alia in ulis finiunt̄: ut curialis: fidelis: uirilisdocilis: curtulis. Alia uero ī ris. a. lōga antecedēte: ut ab apolline apollinaris. a schola scholaris. Alia ī ensis: ut atheniēsis catinēsis. alia duas habēt cōsonātes ante is: ut agrestis: caelestis: muliebris: s̄anis: insignis. Ergo in alis desinentia uel in ale: si sint a nomibus primæ declinationis assumūt nominatiuo primitiuorū lis uel le: & p̄ducunt. s. penultima: ut curia curialis: memoria memorialis: pluuia pluuialis: mēsa mēsale: uia uialis. Sin secūda extremam. i. genitini. Sin tertiæ is mutant in. a. longā & assumūt lis: ut mercurius mercurii mercurialis: fluuius fluuii fluuiialis: neutrū neutri neutralis: liber liberi liberalis: theatrum theatri theatralis iudiciū iudicii cialis: martius martii cialis: fatū fatilis: gēitus gēnti lis: caput capitis capitalis: uirgo uirgīs uirgialis: cardo cardis cardialis: hospes hospitalis: nauis nauis naualis: dos dotis dotalis: flos floris floralis: corpus corporis corporalis: celebs celibis celibalis: mors mortis mortalis: iuuenis iuuenis iuuenalis. Inuenit̄ ta**



mē & iuuenilis: princeps principis principalis: municeps municipis mu-  
nicipalis: crinis crinis crinalis: uox uocis uocalis. **S**in a quartæ decli-  
nationis nominibus deriuantur abiecta .s. **S**in a quintæ .s. abiecta  
nominatio assumunt alis: ut manus manualis: census censualis: spe-  
cies specialis. **V**erbalia quoq; a prima coniugatione inueniunt in alis  
penetro penetralis. In elis pauca inueniuntur denominatiua: ut fidus  
fidi fidelis: crudus crudi crudelis: patruus patruu patruelis: frater fra-  
tris fratruelis. **E**t nota q; omnia extremam .i. genitiui in .e. productā  
mutantia assumpserūt lis: frater uero fratris: is in .u. conuersa a sum /  
p̄lit elis .i. habent longā omnia in ilis quæ a nominibus deriuant nec  
non in ille neutra siue ex eis quæ desinunt in ilis fiāt siue nō habeāt an-  
te se aliud genus: sed a quacūq; orationis parte nascātur: ut ædes ædi-  
lis: senex senilis: anus anilis: puer puerilis: uir uirilis: scurra scurrilis: ci-  
uis ciuilis: seruus seruilis: quintus quintilis: sextus sextilis: gens genti-  
lis: hostis hostilis: subtil subtilis. **E**xcipit̄ par paris parilis. **E**xilis etiā  
a græco ἔξιλος hoc factum denominatiuorum seruaui regulam. **S**i  
militer neutra producant penultimā ouile: monile: sedile. **N**am i ilis  
desinentia uerbalia siue participialia corripit̄ eandem .i. penultimā:  
ut fero fertilis: uitor utilis. **F**utio ex quo effutio compositum futilis. uo-  
lo uolatilis: textus textilis: altus uel alitus altilis: fictus fictilis. **A** pari  
etiā deriuatiuum quod a uerbo nascitur: unde cōparo cōparas. pprie  
enim pares sunt qui inter se possunt compari uerbalium regulam serua-  
uit parilis. **Q**uidi. in .viii. metha. **A**rte suum parili reuiuiscere posse pa-  
rētem. **C**ætera quoq; omnia .i. penultimam corripit̄. **E**t si sint a uer-  
bis primæ coniugationis .a. longā habent antepenultimam: ut amo  
amas amabilis: penetro penetras penetrabilis: tracto tractas tractabi-  
lis: laudo laudas laudabilis: æquo æquas æquabilis: prædico prædi-  
cas prædicabilis: lachrymo lachrymas lachrymabilis: miror miraris  
mirabilis. **E**xcipitur stabilis quod solū antepenultimā .a. corripuit. **L**u-  
ca. in .v. **Q**uam non æstabili tremulo: sed culmine cuncta despiceret.  
**Q**uæ uero a uerbis secundæ uel terciæ uel quartæ coniugationis nascū-  
tur: si habent antepenultimam .i. eam quoq; corripunt: ut doceo do-  
cibilis: credo credis credibilis: uitor utilis utilibilis: sentio sensi sensibilis:  
audio audis audibilis. **S**ciendum tamen q; plurima nascuntur ex his  
coniugationibus quæ antepenultimam .i. nō habent: ut docibilis: habi-  
lis: flebilis: nubilis: uolubilis: utilis. et quædam ex præsentis: quædam  
ex præterito: quædam ex futuro deriuant. **E**x præsentis doceo docibilis



habeo habilis uoluo uolubilis: uitor utilis & utilis. ex præterito pla u  
 si plausibilis: sensi sensibilis sensilis. **Lucretius in secundo.** Ex isentibili  
 ne credas sensibilia nasci. **Ex futuro** flebo flebilis. unde e āte b habuit  
 productā. **In aris** desinentia deriuantur a nominibus siue uerbis quo  
 rum extrema syllaba ab l incipit uel ab alia cōsonante uel a uocali ali  
 qua pura & fiunt a genitiuo nominum siue a positione uerborum sic.  
**Quæcunq;** littera siue litteræ sequantur l uel aliam consonantem ex  
 qua postrema incipit syllaba genitiui transeunt in a longam & assu  
 munt ris. **Vel** si a uocali incipit ipsa extrema mutatur in a longam &  
 assumunt ris: ut populus populi popularis: **Sigulus** singuli singula  
 ris. **Apollo** apollinis apollinaris: **consul** consulis consularis: **Miles** mi  
 litis militaris: **Schola** scholæ scholaris: **latium** latii latiaris: **familia** fa  
 milia familiaris: **peculiū** peculiū peculiaris: **molo** molis: uel **mola** mo  
 læ molaris. **Sic** etiam neutra in are finita. uelum ueli uelare: **Luena**  
 lis. **Et** pagina & pueros inde ad uelaria raptos. **In ensis** desinentia si  
 siut a nominibus primæ uel secundæ declinationis mutant extremā  
 partem nominatiui singularis uel pluralis in en & assumunt; sis: ut  
 circa cirtentis: oliuia oliuiensis sardinia sardinensis: hispania hispa  
 niensis: catina catinensis: atna atnensis: minterna minternensis: ca  
 strum castrensis: forum forensis: ilium iliensis: locri locrensis: **Crema**  
 cremensis: **Hostia** hostiensis: **Athenæ** athenensis: euphoniæ cau  
 sa i habuit antepenultimam: & alicæ alicensis. **Sin** uero tertiæ declina  
 tionis sint abiiciunt s genitiui & assumunt ensis: ut pistor pistoris pi  
 storienis: carthago carthaginis carthaginensis. **Quæ** uero duas con  
 sonantes habent ante is: uel a nominatiuo fiunt primitiuorum uel a  
 genitiuo. **Et** a nominatiuo quidem deriuata abiiciunt extremam litte  
 ram & assumunt bris: ut salus salubris: mulier muliebris. **A** genitiuo  
 uero mutata extrema eius parte in e & assumpta stris uel stis faciunt  
 denominatiua: **Ut** ager agri agrestis: cælum cæli caelestis: terra ter  
 restris. **In** tis quoq; inueniuntur denominatiua. sed antique prolata  
 penultimam longam natura uel positione habentia: ut sannitis pro  
 sannis: laurentis pro laurenæ: tybartis pro tyburs teste capro. **Sic**  
 quiritis p quiris: & ceritis p ceretis p ceres. **Qui** tamē nominatiui nō  
 sunt nunc in usu. **Vnde Virgilius in. x.** Qui cerete domo: qui sunt mi  
 nionis in aruis. **Inuenitur** tamen & correptam i habens penultimam  
 apud **Virgilium.** Est ingens gelidum lucus prope ceritis amnen. &  
**Horatius in primo epistolarum.** Quid deceat quid non obliti cerite



cera : digni : nisi pro cerete : quod est nomen oppidi e penultima in i  
 conuerſa protulerunt . **L**iuus a urbe condita . x. libro **L**anuuii ceri/  
 tesq; anguem iuatum apparuisse nunciarunt . **I**n os tam de nomina  
 tiua q̄ uerbalia pauca inueniuntur : ut lepus lepos & competo com/  
 pes : & mutatione e in o compos custodio custos : do dos . **I**n us ter  
 minantium diuersæ sunt formæ : tam denominatiuorum q̄ uerbaliū  
 ex quibus multas iam diximus cum de possessiuis tractabamus . i .  
 de his quas a græcis accepimus formis possessiuorum & de latinis in  
 rius uel in nus desinentibus . **N**unc ergo dicamus de reliquis in us  
 terminantibus : quæ diuersas sicut dictum est habent formas . **A**lia  
 enim in ius exeunt : ut nuncius patricius : alia in uus diuisas arduus  
 uacuus : alia in quus : ut equus : obliquus : alia in bus ut orbus : p /  
 bus : superbus . **A**lia in cus : arcus : lucus : parcus . alia in dus : pro/  
 uidus : inuidus : liuidus : uiuidus : prædabundus : furibundus : lo/  
 quendus : sequendus : alia in lus : patulus : amicus : bibulus cre/  
 dulus : **A**lia in rus : sonorus : honorus : **A**lia in sus : cursus : usus :  
 spumofus saxofus : **A**lia in tus : togatus paliatus : motus : **A**lia in stus  
 uenustus : angustus : mœstus : quæstus . **I**n ius desinentia siue a no  
 minibus siue a uerbis deriuata seruant ante ius primitiuorum suoru  
 consonantes : ex quibus incipiunt ultimæ & penultimæ syllabæ .  
**S**ed tamē penultimæ . cū & ipsa penultima i uocalē desinit & ultima  
 a uocali incipit : ut seruus serui seruius : seruilis seruilis : agellus a /  
 gelli agellus : sylua syluius uirgula uirgilius : mars martis martius  
 nuncio nuncius . saucio saucius : scio scius . **S**ic apuleius in primo  
**H**ermagoræ : & pacuius in teucro . **P**ostq̄ defessus perrogitando  
 aduenas de natis : neq; quenquā inuenit scium . **V**nde nescio quoq;  
 nescius . **E**xceptis in ciue desinentibus . **U**lla enim assumunt : si  
 sint nomina ex quibus deriuantur : uel participia secundæ declinatio  
 nis genitiuo : sin tertiæ datiuo eius : i tam penultimā quā antepenulti  
 ma correpta : ut aduectus aduecti aduecticius : commendatus com/  
 mendati commendaticius : faber fabri fabricius : pigneratus pignera  
 ti pigneraticius : tribunus tribuni tribunicus : pater patri patricius : æ  
 dilis ædili ædilicius : gentilis gentili gentilicius . **I**nueniuntur tamē  
 quædam a primæ quoq; declinationis nominibus eiusdem formæ :  
 quæ a habent ante eius : gallina gallinacius : sicut membrana membra  
 naciis carchina carchinacius . **I**n uus diuisas tam a nominibus quā a  
 uerbis deriuata secundum in ius terminatorum regulam mutatione



extremarum litterarum uel litteræ in uis solent fieri : ut pater patri  
 patruus : annus anni annuus : perspicio perspicuus : ambigo ambigu/  
 us : piget piguus : ardeo arduus : uacuo uacuus : rigo riguus. ¶ Notan  
 dum inter hæc menstruus : quod euphoniæ causa assumpsit t & r : In  
 quus quoq; desinentia similiter fiunt æquo æquus : obliquo obliquus  
 Sed magis ab his nominibus uerba q̄ a uerbis nomina sunt deriuata  
 longus longinquus. ¶ Ideo assumpsit n ante quus : quia aliter eupho  
 niæ satisfacere non poterat. ¶ In bus uel in cus desinentia a uerbis b  
 uel c ante postremam uocalem habentibus deriuantur mutatione o  
 in us & si ante eam sit alia uocalis eius quoque mutatione in us : ut p  
 bo probus : turbo turbus . orbo orbus superbio superbus parco par/  
 cus : luceo lucus : arceo arcus. ¶ Inueniuntur pauca a nominibus uel a  
 uerbis in ulcus : sus subulcus : bos bubulcus : peto petulcus. ¶ In dus  
 tres sunt formæ : una quæ seruat consonantem : ex qua ultima uel pe/  
 nultima primitiu incipit syllaba. ¶ Sed tamen penultima si non in/  
 tercedat consonans inter ultimæ & penultimæ syllabæ uocales : & reli  
 quam eiusdem syllabæ uel syllabarum partem mutant in i correptâ  
 & assumit dus. ¶ Ut herba herbidus turba turbidus : uua uuidus rabies  
 rabidus : uiuo uiuidus : tumeo tumidus : timeo timidus : areo aridus  
 squaleo squalidus : ferueo feruidus : inuideo inuidus : frigeo frigidus :  
 ualeo ualidus. ¶ Excipitur alternitatis causa quam græci ἐπαλληλό/  
 τητα uocant unum pando pandus : ne si pandidus dicamus. Male  
 sonet alterna d in utraq; continua syllaba. q; in multis solent tam græ  
 ci quâ nos euitare. ¶ Non dicunt illi χαριβδιος quanuis exigat re  
 gula : sed χαριβδεος nos quoq; illos secuti nō dicimus huius charibdi  
 dis : sed huius charibdis eiusdem uitii causa non dicimus ab eo quod  
 est mane manumine : sed matutine : uitis uinctum non uitetū : quod  
 tamen etiam uidetur a uinea deriuatum. ¶ Præterea pro medidies me  
 ridies a medio & die : sed tamen non in omnibus hoc ualet. ¶ Nam  
 candeo candidus facit : sordeo sordidus : madeo madidus : nisi q; hæc  
 secundæ coniugationis in deo. Illud unum idest pando tertix in do  
 desinens : habuit huiuscemodi nomen. Et hæc quidem in dus supra  
 dictæ formæ nomina demonstrantur habere ea in se : ex quibus deri/  
 uantur : ut herbidus qui habet herbam turbidus qui habet turbam :  
 tumidus qui habet tumorem rabidus qui habet rabiem : inuidus qui  
 habet inuidiam. ¶ In bundus uero desinentia similitudinē habere signi/  
 ficant ut uitabundus similis uitanti : prædabundus similis prædanti :



moribundus similis morienti: errabundus similis erranti: furibundus  
similis furenti: & sunt omnia pene huiusmodi formæ nomina uerba/  
lia. **E**t si a uerbis primæ coniugationis deriuantur a habent longam  
antepenultimam: ut caufor caufaris caufabundus: uito uitas uitabū  
dus. **S**in ab aliis i corripit ut ludis ludibundus furis furibundus. mo  
reris moribundus: **E**xciuntur alternitatis causa rubicundus. quod  
in penultima syllaba pro b c habet ne sit a consonum si rubibundus dica  
mus. **T**ertia forma est in dus terminantium participialis. idest qua  
terminationem habent participiorum futuri temporis passiuorum.  
Et significat dignum esse aliquem eo quod demonstratur: ut lauda  
bundus dignus laude: amandus dignus amari: legendus dignus le  
gi loquendus dignus de quo loquuntur homines: **I**n lus desinentiū  
formæ similes sunt diminutiuis: pendulus: credulus: & ueniunt tam  
a nominibus quā a uerbis: ut annus anniculus: pateo patulus: cre  
do credulus: pendo pendulus: bibo bibulus. **E**xtremas partes sylla  
barum finalium: siue extremas syllabas. si sint pure in ulus uertunt:  
excepto anniculus differentia causa: **N**am annulus diminutiū  
est: & nouacula quod a nouo nouas deriuatur. **I**n rus desinentia si  
ue uerbalia pauca inueniuntur quæ penultimam producant: ut ho  
nor honorus odor odorus: decor decorus: cano canorus: sono sono  
rus: quorum regula in promptu est. **N**am nomina us uerba rus al  
sumunt. **I**n sus duplicem habent formam: uel enim participalia sūt  
idest participiis præteriti temporis similia: & res incorporales signifi  
cant: & sunt quartæ declinationis: ut usus cursus: lusus: uersus: quod  
ab incorporali re ad corporalem quoq; adductum est: quæ est in litte  
ris. **A**ut mobilia sunt & secundæ: ut lassus: fessus. cassus: **V**el o pro  
ductam habent ante sus: & significant plenum esse aliquē eius: quod  
significatur. ut saxosus plenus saxis: spumofus plenus spumis: uento  
sus plenus uentis: harenofus plenus harena **F**iunt autem a primiti  
uis suis hoc modo. **M**utant extremam partem syllabæ uel syllabam  
si pura est in quam terminatur genitiuus in o productam & assumūt  
sus: saxi saxosus: curiæ curiosus herba herbosus: scelus sceleris scelero  
sus: **N**umeri numerosus. oneris onerosus: ponderis ponderosus: per  
fidia perfidiosus. **N**otandum q; a metu meticolosus fit. **P**lautus in  
**M**ustelaria. **N**escis quā meticolosa res sit ire ad iudicem. **I**n tus si sint  
participalia: aut denominatiua uel incorporalia: & fixa sunt & quar  
tæ declinationis: ut motus tumultus: sonitus: habitus: cultus: consu



latus: tribunatus. Aut mobiliâ & declinationis secundæ ut togatu  
 paliiatus: tunicatus: loricated: gratus: latus: mutus. ¶ Et sciendū  
 q̄ si a primæ declinationis nominibus deriuantur a habent penulti/  
 mam productam .ut barbatus .stellatus: trabeatus purpuratus. Sin  
 a secundæ uel terciæ in quibusdam a. In aliis i productam: ut palium  
 palii paliiatus: anulus anulatus. Plautus in penulo. Quia incedūt  
 cum anulatis auribus. ¶ Excipitur manuleatus: quod quis a penulti  
 mam habet productam tamen a quarta declinatione deriuatur: ma/  
 nus manuleatus: Plautus in Pseudulo. Manuleatam tunicam habere  
 hominem addebet .i. manicatam grates uel gratiæ gratus .auitus: ma/  
 ritus: cerritus: Ab auo mare cerere. ¶ Excipiuntur uetustus & liber/  
 tus. In quibus nominatiui primitiuorum assumpserunt tus. A quar/  
 tæ quoque declinationis nominibus deriuata u productam habent  
 ante tus: ut cornutus: uerutus: astutus: uersutus. ¶ In ctus ptus: xus  
 participialia siue uerbalia inueniuntur: amictus: sanctus: acceptus:  
 sumptus: aptus: captus: flexus: laxus: fluxus: luxus: nexus. hæc enī  
 omnia cum nō significant tempus nomia sunt. In stus a nominibus  
 uel a uerbis nascuntur extremam partem conuertentibus. ¶ In stus e  
 uel u antecedentibus: ut honor honestus: mæror mæstus: modus  
 modestus scelus scelestus: robor robustus: ango angustus: augur au/  
 gustus. Præterea uenus uenustus: ius iustus: honus honustus. Quæ  
 quomodo uetus uetustus: assumpta tus faciunt deriuatiuum: & om  
 nia una uincunt syllaba primitiua absque mæstus. In ax plerunque  
 uerbalia inueniuntur ab omni coniugatione: uoro uorax: audeo au/  
 dax: teneo tenax: emo emax: fallo fallax: capio capax: pellicio pellax  
 sagio sagax: In ex correpta similiter a uerbis: lateo latex: uerto uertex  
 uomo uomex: In ex productam similiter rego rex: lego lex: In ix foe/  
 minina inueniuntur a masculinis uerbalibus siue denominatiuis in  
 tor desinentibus defigurata quæ mutant or in rix ut uictor uictrix:  
 sanator sanatrix: cultor cultrix: nutritor quoque nutritrix debuit face  
 re .quod euphoniæ causa siue alternitatis mediam syllabam concidit  
 nutritrix enim dicimus: In ox uerbalia uel denominatiua uoco uox: ue/  
 lum uelox: In ux lucio lux: duco dux: In nx & in rx coniungo con/  
 iunx: arceo arx: In duas consonantes participialia sapiens amans.  
 cum sunt sine tempore. Inueniuntur & denominatiua . principium:  
 princeps: municipium municeps.